6 Servitus quæ est de jure gentium est naturalis non quidem absolute, sed ratione utilitatis consequentis scilicet : quod quis regatur a sapiente et juvet eum 1-2, q. 94, 5, 3m — 2-2, q. 57, 3, 2m. * Deus 294, 395. Dominium 9. Dulia o. Eleemosyna 19. Emancipatus. Famulatus 1. Fides 69. Filiatio 8, 9. Gabaonitæ. Hæresis 103. Ignobilitas. Ira 40. Judæi 44.

7 Homo est servus alterius hominis secundum corpus, non autem secundum mentem 2-2, q. 104, 5, c. — 2m — 5, 1m — q. 122, 4, 3m. * Jumentum. Justitia 90. Lex 132. Mancipatus. Manumissus. Matrimonium 110, etc. Ministerium. Natura 3, 38. Obedientia 42. Ordo 97, 100, 101.

8 Vir potest se in servitutem dare contra voluntatem uxoris, non autem e converso : tamen tenetur ei debitum reddere, etiam prohibente ejus domino 4, d. 36, 3, o. * Paulinus. Pœna 38. Pœnitentia 39. Præceptum 136. Principatus 1. Prudentia 21. Religio 14, 54.

9 Proles sequitur matrem in servitute et libertate : quia pertinent ad corpus, quod est a matre. Sed in honore, hæreditate et hujusmodi, proles

SIGNIFICATIO.

SIMILITUDO.

SILOE est quidam fons, qui nascitur ad pedes montis Sion, cujus aquæ per oras ebulliunt, et per vias vadunt. Unde significant reges Juda, qui quandoque boni et potentes, quandoque mali erant et imbeciles. Et tamen legitime et quiete regnaverunt, comparatione regum Israel, qui omnes cogebant populum ad idola. Isa. 8, meº.

SILVA. Desertum. Fides 59. Homicidium 3. Usura 170, 199, 202, 203, 204. * Usus 10.

1 SILVESTER papa excommunicavit eos, a quibus exulavit, non quidem ex vindicta, sed ex zelo Dei 2-2, q. 108, 1, 4^m. * Altare 4.

2 Silvester fuit primus papa, qui obedientiam habuit ab imperatoribus. Opus. 20, lib. 3, cº 16 — 17. Martyrium 12.

SIMEON. Nativitas 27.

SIMILARI. Assimilatio o. Medicus 11.

SIMILE. Actio 4, 107. Adæquari o. Agens 50, 72, etc. Aleator 1. Ars 27. Amor 108. Assimilatio 9. Cœlum 99, 156. Causa 36, etc. Confessor 5. Consimile. Cornelius 3. Correctio 17. Delectatio 42. Deus 85. Ens 13, 14, 15. Eucharistia 104. Excusatio 2. Fractio 1. Generatio 26, 43. Grande. Gratia 135. Habitus 39, 60. Ignis 11. Imperfectio 2. Inclinatio 3. Justificatio 23. Loqui 6. Malum 31. Maria 40. Materia 5. Matutinæ 3. Metaphora 4. Misericordia 16. Mulier 1. Naturale 16. Passio 54. Pater 3. Peccatum 180. Superior o. Usura 137, 163, 186, 273, 295, 301.

1 SIMILITUDO est relatio æquiparantiæ, non tamen semper denominat utrumque extremorum, sed tantum quando forma est æqualiter et eadem ratione in utroque extremorum 1ª q. 4, 3, 4^m — q. 42, 1, 3^m — 1, d. 19, q. 1, 2, c. — d. 35, 4, 6^m — d. 48, 1, 4^m — Cg. 1, cº 29 — Verit. q. 2, 11, 1^m — q. 23, 7, 11^m — Poª q. 7, 7, 10^m. * Actio 4, 107.

2 Similitudo duplex : scilicet relatio realis, et relatio rationis. Prima requirit distinctionem realem : non autem secunda, sed distinctionem rationis tantum. Verit. q. 2, 2, 3^m.

3 Similitudo duplex : scilicet participationis ejusdem formæ, et proportionis 1ª q. 4, 3, o. — q. 14, 3, 2^m — Verit. q. 4, 4, 2^m — Poº q. 7, 7, 4^m.

4 Similitudo duplex : scilicet proportionalitatis, et per participationem ejusdem qualitatis. Prima est inter corporalia et spiritualia, non autem secunda 1ª d. 34, q. 3, 1, 2^m — 4, d. 1, q. 1, a. 1, q. 5, 3^m — d. 45, q. 1, a. 1, q. 1, 2^m. * Actus 12, 13, 14.

5 Similitudo duplex : scilicet repræsentationis, et secundum convenientiam in natura. Prima requiritur inter cognoscens et cognitum, non autem secunda 1ª q. 85, 8, 3^m — q. 88, 1, 2^m — 1, d. 34, q. 3, 1, 4^m — 4, d. 49, q. 2, 1, 7^m — Verit. q. 2, 3, 9^m — 5, 5^m — 7^m — 13, 1^m — q. 4, 4, 2^m — q. 8, 11, 3^m. * Adam 64. Adæquari 1. Agens 28, 70, 71, etc. 82, 115.

6 Similitudo duplex : scilicet ut principium, et ut principiatum. Prima dicitur exemplar, secunda vero imago 1ª q. 35, 1, 1^m — Cg. 4, cº 11 — Verit. q. 7, 1, 11^m. — 5, 2^m.

7 Aliqua dicuntur similia dupliciter : scilicet participando unam formam, et secundum quod unum imitatur alterum, secundum proportionalitatem. Prima sunt composita. Ideo nulla creatura est sic similis Deo, sed solum secundo modo 1ª q. 4, 3, o. — q. 44, 3, 1^m — 1, d. 34, q. 3, 1, 2^m — d. 35, 4, 6^m — d. 48, 1, c. — 2, d. 16, 1, 3^m — Cg. 1, cº 29 — Libº 4, cº 7, 11^m — Verit. q. 2, 11, o. — q. 23, 7, 10^m — Poª q. 3, 4, 9^m — q. 7, 7, o. — Psal. 34, meº. * Agere 9. Alienum 8. Amicitia 2. Amor 152, 176, 193, 194, etc. 242. Angelus 174, 178, 301, 357, etc.

8 Similitudo creaturæ ad Deum duplex : scilicet secundum participationem alicujus bonitatis Dei, et secundum proportionalitatem 2ª d. 16, 2, 5^m — 3, d. 2, q. 1, a. 1, q. 1, 3^m — Poª q. 3, 4, 9^m — 6, 25^m. * Anima 5, 121, 156, 324, 360. Animal 71. Anthropospatos.

9 Similitudo creaturæ ad Deum duplex : scilicet ad intellectum Dei, et ad essentiam ejus : primo modo, forma in utroque est ejusdem rationis, sed non secundum eumdem modum essendi; non autem secundo modo. Poª q. 7, 7, 6^m. * Appetitus 2, 3. Appropriatio 2, 3, 20, 21.

10 Similitudo prædestinatorum ad Filium Dei duplex : scilicet imperfecta, secundum animam et secundum corpus, id est, per gratiam : et perfecta utroque modo, id est, per gloriam. Ephes. lect. 1, meº. Filiatio 39. * Approximatio o. Ars 7, 18, 27. Artifex 1. Assimilatio o.

11 Similitudo triplex creaturæ rationalis ad Deum : scilicet secundum esse naturæ, secundum cognitionem, et secundum potestatem operandi ad beatitudinem obtinendam 2-2, q. 163, 2, o.— Poª q. 9, 9, c. fi. * Attingere 3. Augmentum 18. Beatitudo 19, 96. Bonitas 1, 2, 21.

12 Primas duas habuit angelus a principio, et tertiam appetiit : sed homo tantum primam habuit in sua creatione, et reliquas appetiit 2-2, q. 163, 2, o. — Poª q. 9, 9, c. fi. * Caput 2. Character 2, 6. Charitas 16. Causa 24, 36, etc. 52, 96. Cœlum 97, 99, 156.

13 Similitudo creaturæ ad Deum deficit a similitudine univocorum dupliciter : scilicet quia non est per participationem unius formæ, sed est per essentiam de Deo, et per participationem de creaturis; et quia est eminentius in Deo. Poª q. 7, 7, 2^m. * Certitudo 9. Circumcisio 9.

14 Non dicimus Deum esse similem aliis rebus, sicut neque dicimus hominem esse similem suæ imagini. Dio. 9, lect. 3.

15 Verbum, idea, Deus, et quælibet causa, dicitur large similitudo, id est, exemplar creaturæ et effectus : non autem proprie 1ª q. 35, 1, 1^m — q. 57, 2, 2^m — Verit. q. 4, 4, 2^m. * Cognitio 1, 61. Cohors 1. Communicabile 3. Conceptio 6. Conformitas 1. Conjunctio 1.

SPES.

SPES.

SUBSTANTIA.

SUPERBIA.

T

TEMPERANTIA.

TEMPUS.

TEMPUS.

1ª q. 10, 2, 4m — q. 13, 1, 3m — q. 42, 2, 4m — 1, d. 8, q. 2, 3, o. — d. 9, q. 2, 2, o. — Cg. 4, cº 23. Jo. lect. 1, meº. * Mundus 21, etc. Prædicari 34. Prophetia 92, etc. Quiescere 1, 3. Sponsalia 7, etc.

41 Quædam nomina significant tempus, verba vero et participia cum tempore, sed adverbia, habitudinem temporis 1ª q. 13, 1, 3m — Periher. lect. 4, meº etc.

42 Diversitas temporum non diversificat veritatem 4, d. 2, q. 2, a. 1, q. 2, 2m.

43 Tempus per se causat oblivionem, sed per studium causat scientiam 4, d. 50, q. 2, a. 2, q. 1, 3m — Ethi. lect. 11, prinº c. — Phy. 4, lect. 20, meº — Lect. 22, o. * Universale 2. Verbum 48,

44 Tempus matutinum est maxime aptum orationi et contemplationi, quia tunc cor est liberum a sollicitudine. Psal. 5, prinº. Contemplatio 10.

TENACITAS. Avaritia 13. Pertinacia o.

TENDERE. Advena 1. Amor 183, 205. Angelus 466. Anima 132. Appetitus 16, etc. 40, 43. Bonitas 169, etc. Charitas 36, 61. Contemplatio 27. Cor 12. Creatura 26, etc. Delectatio 12. Fides 151. Finis 27, 65, 72, 84, 123. Humilitas 2, 11, 32. Imperfectio 2. Intellectus 212. Lex 30. Liberum 11. Longanimitas 1. Magnanimitas 1, 2. Motus 18. Nihil 4. Perfectio 82. Pluralitas 1. Processio 46, 47. Proditor. Propositum 1. Religio 23, 66, 67. Resurrectio 23. Sensualitas 9, 12. Simplicitas 1. Spes 53, 58. Superbia 23, 25. Temperantia 18. Tentare 20. Voluntas 16.

1 TENEBRÆ possunt dici tripliciter : scilicet subjectum lucis, humilitas, et privatio ejus. Primo modo et secundo, sunt entia, et creatæ a Deo, non autem tertio modo 1ª q. 66, 1, c. — 5m q. 67, 4, c.— 2m — 3m — 4m— q. 68, 3, c.— q. 69, 1, c. — q. 74, 3, 6m — 2, d. 12, L. meº — d. 13, 3, 1m — Cg. 4, cº 13, fi. — Poª q. 3, 6, 16m — q. 4, 1, 2m — Psal. 23, meº * Caligo o. Cœlum 55.

2 Tenebra tripliciter accipi potest : scilicet pro pœna, pro dæmone et pro mundi erroribus. Jo. lect. 3, fi.

Tenebræ triplices : scilicet ignorantiæ, culpæ, et æternæ damnationis, a quibus liberat Christus. Isa 13, fi. — Jo. 8, lect. 2, prinº — cº 12, lect. 6 — lect. 8, meº.

3 Tenebra spiritualis, id est, ignorantia, facit tria, sicut et corporalis : scilicet sordes, otium, et pigritiem. Dio. 4, lect. 4.

4 Peccata dicuntur tenebræ, triplici ratione : scilicet quia carent lumine rationis, fiunt in tenebris, id est, in occulto, et ducunt ad tenebras damnationis. Jo. 3, lect. 3, fi. * Creatura 23, 25, etc. Damnatio 9, 42, 66. Dies 16. Exorcismus 13. Infernus 1, 2. Macula 5. Nativitas 15. Opus 4. Symbolum 8. Vespere. Visibile 1. Visio 20.

5 Tenebræ Dei et nubes quadruplices : scilicet humanitas Christi, species sacramentales, fides, et mila, per quos tenebra operatur. Psal. 17, meº.

6 Tenebræ opponuntur luci privative, non autem contrarie. Ma. q. 1, 1, 5m. Accidentaliter 3. Accusatio 28. Actus 186, 187. Angelus 55, 57. Auditor 1. Baptismus. Comprehendere 4. Contractus 1, 2. Deus 147. Divitiæ 3. Fides 73. Forma 89. Fortitudo 52. Fruitio 2. Generatio 53. Holocaustum 4. Homicidium 2. Infamia 1. Ira 9. Liber 23. Luminare 4. Magnanimitas 26. Mansuetudo 2. Matrimonium 80, 117, 122, 126. Memoria o. Missio 1. Modalis 1. Natura 27. Nomen 10. Oppositio 18, 21. Peccatum 99. Perjurium 5. Pertinacia 1. Potentia 7. Professio 5. Proportio 3. Religio 99. Restitutio 7, 9, etc. Sacerdos 24. Scriptura 16. Simonia 33. Simpliciter 6. Taurus. Unitas 13. Usura 29, 133, 169, 177. Verbum 18. Virtus 7.

1 TENERI ad aliquid dicitur dupliciter : scilicet per obligationem ad pœnam, et per carentiam finis. Verit. q. 23, 7, 8m. * Absolvere 26.

2 Ad impossibile nemo tenetur 2-2, q. 79, 3, 2m — q. 88, 3, 2m — q. 105, 1, 3m. * Abstinentia 4. Accusatio 9 Advocatus 1, 2. Ædificare 2. Aleator o. Amor 46, 119. Anniversarium. Auditor 1. Baptismus 30. Bellum 6. Benefacere. Bonitas. Charitas. Circumcisio 26 . Clericus. Comprehendere 4. Confessio 26, etc. Confessor 1. Confirmatio 19. Conscientia 17, 19. Conservatio 13. Contractus. Credere 14, etc. Damnatio 20, etc. Damnum 2, etc. Debitum o. Decimæ 1, 6, etc. Deus 335, etc. Divitiæ 7. Dominium 13. Donum 41. Eleemosyna 8, 16, etc. Episcopus 26, etc. Eucharistia 163, 167, 179. Exactio 5.

3 Ad aliquid tenemur directe, quod per se est in potestate nostra : indirecte vero, quod faciendo, aliquid quod est in potestate nostra habemus 1, d. 48, 3, c. * Fama 3, 4. Fides 60. Fornicatio 10, 12, 14. Furtum 8. Ignorantia 10, 33. Illegitimus 4. Inquirere 3. Jejunium 18, 22, etc. Juramentum 18. Lex 33. Matrimonium 35, 36, 40, 41, 60, 61, 80, 117, 126. Medicus 8. Melius 3. Meretrix 6. Mors 12. Necessitas 30, 31, 33. Negatio 8. Nescire 4. Obedientia 8, 29, etc. Oblatio 3. Obligatio o. Officium 4, 11. Omissio 15. Operatio 23. Oratio 84. Ordo 101, 106, 107. Papa 6. Pedagia. Pœna 67.

4 Ad illud proprie dicitur aliquis teneri, quod si non facit, peccat 1, d. 48, 3, c. * Pœnitentia 62, 74. Perfectio 65, 82, etc. Præceptum 60, 147. Prædicari 35, 36. Prælatio 7. Princeps 27, etc. Religio 30, etc. 62, etc. Restitutio o. Sacerdos 26. Sacrificium 11. Salvari 18. Satisfactio 13, etc. Scientia 62, etc. Servitus 8. Simonia 13. Stupor 2, 3. Testis 1, etc. Tributum 6. Usura 228, etc. Uxor 12. Vendere 8. Votum 23. Zacchæus.

TENERITAS. Dulcedo o. Joannes 13. Lacrymæ.

TENERITUDO. Animal 78. Joannes 13.

TENOR. Professio.

1 TENTARE est sumere experimentum de aliquo, an sciat, vel possit, vel velit. Quod contingit sextupliciter : scilicet verbis, factis, aperte, oc-

tus 30. Circulus 4. Cognitio 19. Color 5. Conceptio 1. Conclusio 2. Confinium. Consilium 4. Contractus 1. Contemplatio 24. Contentio 4. Contrarium 4. Contritio 17. Corpus 10. Creatio 9. Datio 5. Definitio 1. Determinatio o. Devotio 11. Deus 102. Dies 6, etc. Dimensio 1, etc. Dispositio 6. Dominium 1. Esse 5. Eucharistia 90, etc. Ex. Exclusio 1. Extremum. Facere 3. Fallacia 6. Femina 4. Fieri 1, 10, 11. Figura 1, 2. Finiri. Finis 11, etc. 40, etc. 129. Forma 17, 34, 94, 165. Generatio 16, etc. Gratia 54, 88. Hæresis 47, 48. Horizon 1. Incipere 3. Individuum 36. Indivisibile 1. Instans 24, 25, 26. Intellectus 213. Intensio 3. Investigare 1. Irascibilis 2. Joannes 1. Justificatio 11, 16, 24, 42. Limitatio. Limites. Materia 38. Matrimonium 89. Medium 3. Mensura 19. Merces 4. Misericordia 8, 28. Mors 14. Motus 13, etc. Mutatio o. Mutatum. Nativitas 3. Natura 17, 22. Negatio 7, 8. Numerus 12, 18, 21, 22. Objectum 8, 10. Omnis 4. Operatio 9, 13, 14. Passio 45, 56, 66, 129. Pax 5. Per 2. Perfectio 28. Physica 5. Pollutio 3. Possibile 4, 5. Potentia 26, 49, 59. Prædestinatio 47. Prædicari 35, 36. Principiatum 1. Processio 6, 15. Proportio 12. Psalmus 7. Puer 15. Puritas 2. Quando 2. Quia. Raptus 9. Ratio 34, 57. Reduplicatio 6. Relatio 7, 26, 27, 28. Relatum 4, 8. Religio 63. Restitutio 15. Resurrectio 5. Se. Significatio 2. Spirituale 9. Successio 2. Tempus 15, 32. Transire o. Tristitia 6. Usura 100, 157, etc. Uti 12, etc. Verbum 35. Via 9, etc. Virtus 37, 45, 211, 270. Vocatio 3.

TERNARIUS numerus, est numerus perfectus 2-2, q. 70, 2. c. — 3ª q. 53, 2, c — Hebr. 4, lect. 1, meᵒ. Tres. Trinarius.

1 TERRA est in medio totius mundi, licet Pythagorici dixerint ignem esse in medio. Cæ. 2, lect. 20 — 26, o. — Psal. 23, prinᵒ etc.

2 Terram esse inanimatam, multipliciter probatur, contra rationes Alexandri sequentis errores gentillium, qui attribuebant terræ cultum deitatis. Cæ. 2, lect, 18, fi. * Abraham 17. Adam 92. Aer 3, 10, Amor 58, 194. Angelus 147. Anima 134. Animal 10, etc 19, 20, 42. Apostoli 37. Aqua 7. Argentum 1. Ascendere 8. Baptismus 23. Bethlehem. Cereus 1. Cete 14. Cœtus. Chiliastæ. Cœmeterium. Corpus 35. Dæmon 115, 121. Descendere 13. Ecclesia 16. Eucharistia 160. Flumen 2. Fortitudo 41.

3 Non est possibile, aliam esse terram, præter istam. Et eadem ratio est de aliis partibus mundi 1ª q. 47, 3, 3ᵐ. * Grando. Infernus 4. Jerusalem 1. Judæi 6. Judicium 81. Justificatio 16. Limus. Luna 8. Manichæus 2. Mansuetudo 9. Mare 3. Materia 14. Motus 36. Offuscatio. Paradisus o. Physica 4. Plumbum. Pluvia o. Primitiæ 3. Pulvis 2. Radix 1. Reptile o. Sal. Salsedo. Servitus 9. Stella 7. Talpa. Tempus 29. Terræ motus o. Terrestris.

4 Terra quadruplex debet habitari : scilicet patriæ per desiderium, conscientiæ, per discussionem, Ecclesiæ, per confessionem fidei et unitatem, et carnis, per virtutes. Psal. 36. * Unctio 38. Usura 202, 203, 204, 215, 219, 294. Vapor 1. Velox 1. Vermis 1. Vespertilio.

5 Patria cœlestis dicitur terra, ratione firmitatis, et illuminationis a sole, id est, a Deo. Psal. 36, prinᵒ fi.

6 Quantitas terræ a superficie ejus usque ad centrum ejus, sciri potest naturaliter. Opus. 10, a. 42 — Opus. 11, a. 25 — Opus. 53, 14ᵐ.

7 Tota terra non habet sensibilem quantitatem, respectu supremæ sphæræ, respectu cujus, est ut centrum 3, cᵒ 57, 2ᵐ — Opus. 9, q. 98. * Dies 25. Elephas 4. Fortitudo 41.

8 Quantitas montium nihil est, in comparatione quantitatis terræ, sicut pilus in sphæra. Cæ. 2, lect. 27, meᵒ.

9 Longitudo terræ, est ab oriente in occidens, quia est major distantia quam a septentrione ad meridiem, quæ est latitudo ejus. Job 38, lect. 2, prinᵒ. * Luciditas 2. Maledicere 4. Mare 3.

10 Rotunditas terræ, secundum antiquos, est stadiorum 400000. Secundum modernos vero, est 180000. Sol autem, est 160 major terra. Cæ. 2, fi. * Vapor 1. Velox 2.

11 Terra est immobilis, et rotunda, seu sphærica. Cæ. 2, lect. 20, usque fi.

12 Oppositum videtur dicere a simili, quoad mobilitatem. Ma. q. 16, 9, 7ᵐ fi.

13 Astrologus demonstrat terram esse rotundam, per eclipsim solis et lunæ, naturalis vero per motum gravium ad centrum 1ª q. 1, 1, 2ᵐ — 1-2, q. 54, 2, 2ᵐ — 2, d. 24, q. 2, 2, 5ᵐ — Phy. 2, lect. 3, fi. — Poster. lect. 41, fi.

Per opus ornatus tertiæ diei creationis, aufertur duplex informitas terræ : scilicet coopertio per aquas, et defectus plantarum 1ª q. 66, 1, o. — q. 69, 2, c. Dies 22.

14 Terra sicut dicitur inanis et vacua, quia deerat ei duplex pulchritudo : scilicet una quam habet ex hoc quod est aquis discooperta ; alia quam habet ex hoc quod est ornata herbis et plantis. Ita ejus formationem expressit Scriptura per hoc quod dicit : Et appareat arida 1ª q. 66, 1, c. — 1ᵐ — 5ᵐ — q. 67, 4, c. — q. 68, 3, c. — q. 69, 1, c. — 1ᵐ — 2, c. — q. 74, 3, 4ᵐ — 2, d. 12, meᵒ — Cg. 4, cᵒ 13, fi. — Poª q. 3, 6, 16ᵐ — q. 4, 1, c. — 2ᵐ — 7ᵐ — Spiritu. 1, 4ᵐ — Psal. 23, prinᵒ — Psal. 32, prinᵒ.

15 Terra sancta. Jerusalem. Votum 41.

1 TERRÆ MOTUS causatur principaliter a Deo, secundario autem a vento impellente alium ventum intra terram. Ideo non potest esse simul in tota terra, sed per ducenta milliaria ad plus, et per quadraginta dies, et quandoque per annum. Et evaporat sole subtiliante. Psal. 17, prinᵒ.

2 In terræ motu terra videtur tremere, quia non movetur tota terra, nec de loco ad locum, sed

THEOLOGIA.

THEOLOGIA.

TIMOR.

TIMOR.

TIMOR.

TIMOR.

TIMOR.

TRINITAS.

TRISTITIA.

U

etiam vinum, quia vinum mordet 4, d. 23, q. 1, art. 3, q. 1, o. — Cg. 4, c^o 73.

5 Oportet quod materia hujus sacramenti sit consacrata, triplici ratione : scilicet quia efficacia sacramentorum a Christo descendit, propter plenitudinem gratiæ quæ confertur, et ex hoc quod effectus ejus corporalis, scilicet sanatio corporalis, non causatur ex materiæ naturali proprietate. Et hæc consecratio fit ab episcopo tantum 3^a q. 72, 3, c. — 4, d. 2, q. 1, a. 1, 4, 2, 2^m — d. 23, q. 1, a. 3, q. 2, 3, o. — a. 4, q. 1, 3^m.

6 Si sacerdos deprehenderit se errasse et ex errore de alio oleo unxisse, debet adhuc de alio oleo debito ungere et supplere quod omisit. Opus. 65, c^o 8.

7 Hoc sacramentum habet determinatam formam: scilicet orationem deprecativam, scilicet: Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per visum, etc. 4, d. 23, q. 1, 4, o.— a. 2, q. 2, 3^m — q. 2, a. 2, q. 3, c. — Opus. 22, c^o 1.

8 Verba illa indicativi modi, quæ secundum morem quorumdam præmittuntur orationi, scilicet: Ungo hos oculos, oleo sanctificato, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen : non sunt forma hujus sacramenti, sed sunt quædam dispositio ad formam, in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba 4, d. 23, q. 1, a. 4, q. 2, 3^m.

9 In hoc sacramento non imprimitur character, quia datur tantum in remedium. Nec per illud homo deputatur ad aliquod sacrum 4, d. 23, q. 1, a. 2, q. 3, o. — q. 2, a. 1, q. 3, 1^m — a. 4, q. 1, 1^m — Cg. 4, c^o 73.

10 Effectus principaliter intentus in hoc sacramento et in cæteris, est curatio morbi peccati 4, d. 23, q. 1, a. 1, q. 1, c. — q. 2, c. — 2^m — q. 2, a. 2, q. 1, o.

11 Effectus principalis ejus est remissio peccatorum, quoad reliquias, sed consequenter quoad culpam mortalem vel venialem si inveniat, nec recipiens ponat obicem 3^a q. 65, 1, c. — 4, d. 23, q. 1, a. 2, q. 1, o. — q. 2, c. — a. 3, q. 2, c. — a. 4, q. 3, 3^m — q. 2, a. 2, q. 1, 1^m — q. 2, 2^m — q. 3, 1^m — d. 24, q. 2, 2, 1^m — Cg. 4, c^o 73 — Ma. q. 7, 1, 14^m.

12 Hoc sacramentum datur contra reliquias peccati actualis, non autem peccati originalis 4, d. 2, q. 1, a. 1, q. 3, 4, o. — a. 2, c. — d. 7, q. 1, a. 1, q. 3, c. fi. — d. 8, q. 1, a. 2, q. 1, 2^m — d. 23, q. 2, a. 2, q. 3, 2^m — q. 4, 1^m — 2^m.

13 In ultima unctione infunditur gratia, quæ effectum sacramento præbet 3^a q. 87, 3, c. — 4, d. 23, q. 1, a. 2, q. 1, 3^m.

14 Hoc sacramentum causat gratiam et remissionem peccatorum. Ideo habet vim illuminativam et purgativam, licet non ita plenam sicut baptismus 4, d. 23, q. 1, a. 1, q. 1, 3^m — q. 2, a. 1, q. 2, c. — 1^m — Cg. 4, c^o 73.

15 Et remittit peccatum quoad maculam, per gratiam quam infundit, et quoad reatum pœnæ fortificando subjectum, et quoad reliquias, id est, quoad debilitatem mentis, non autem dispositiones et habitus causatos ex actibus peccatorum 3^a q. 65, 1, c. — 4, d. 23, q. 1, a. 2, q. 1, 2^m — Cg. 4, c^o 73.

16 In extrema unctione confertur perfecta sanitas spiritualis 3^a q. 84, 1, 1^m. * Character 37. Episcopus 12.

17 Et sanat corporaliter, non quidem principaliter nec semper, sed quando expedit animæ 4, d. 23, q. 1, a. 2, q. 2, o. — a. 3, q. 2, c. — a. 4, q. 3, 3^m — Cg. 4, c^o 73. * Eucharistia 47, 48. Matrimonium 143. Peccatum 374.

18 Effectus hujus sacramenti impeditur per fictionem, sicut etiam effectus aliorum sacramentorum. Cg. 4, c^o 72, fi.

19 Devotio suscipientis hoc sacramentum, meritum personale conferentis et meritum totius Ecclesiæ, plurimum valent ad effectum ejus 4, d. 23, q. 2, a. 3, q. 3, c. * Sacramentum 15, 41, etc. 87, 100, 153.

20 Hoc sacramentum immediate disponit hominem ad gloriam. Ideo non debuit figurari per aliquod sacramentum veteris legis, nisi remote, per omnes curationes ejus 1-2, q. 102, 5, 3^m — 3^a q. 65, 1, 4^m — 4, d. 2, q. 1, 2, 5^m — d. 8, q. 1, a. 2, q. 1, c. — 2^m — d. 23, q. 1, a. 1, 2^m — q. 3, c. — q. 2, a. 2, q. 2, c. — 2^m.

21 Hoc sacramentum potest conferri per sacerdotem. Non autem per laicum, nec per diaconum etiam in necessitate, nec per episcopum tantum 4, d. 23, q. 2, 1, o. — d, 24, q. 2, 2, 1^m — Cg. 4, c^o 73, fi. * Sacerdos 21.

22 Et debent interesse multi sacerdotes, propter copiam gratiæ. Tamen etiam solus perficit id in persona Ecclesiæ, cujus personam gerit. Cg. 4, c^o 72, fi.

23 Si sacerdos deficiat ante finem unctionis, alius debet prosequi. Non autem debet incipere. Sed in eucharistia potest prosequi et incipere super aliam materiam 4, d. 23, q. 1, art. q. 2, 3^m. * Sacramentum 64, 111.

24 Christus non accepit, nec dedit per seipsum hoc sacramentum 4, d. 23, q. 1, a. 1, q. 3, 3^m — a. 3, q. 2, c.

25 Hoc sacramentum non debet dari sanis, sed infirmis ad mortem tantum. Non autem furiosis, nec amentibus, nec pueris 4, d. 23, q. 2, 2, c. — art. 4, q. 1, 2^m — q. 2, c. — d. 25, q. 2, a. 1, q. 1, c. — Cg. 4, c^o 73.

26 Et debet dari tantum in organis quinque sensuum, in quibus est radix spiritualis infirmitatis, et in pedibus et secundum aliquos in renibus, sed prope in mutilatis 4, d. 23, q. 2, 3, o. — Cg. 4, c^o 73, fi. — Opus. 65, c^o 7.

27 Hoc sacramentum potest iterari in eadem infirmitate diuturna, iterato periculo mortis, et in diversis infirmitatibus non diuturnis 4, d. 18,

UNITAS.

UNIVERSALE.

recompensationem nocumenti, sicut et tenens pecuniam ultra terminum, tenetur restituere, non quidem totum lucrum possibile, sed secundum existimationem, pensatis periculis, laboribus, et expensis 2-2 q. 62, 4, 1m — 2m — q. 78, 1, 3m — 2, 1m — 3, c. — 4, d. 15, q. 1, art. 5, q. 2, 4m — Ma. q. 13, 4, 3m — Opus. 73, c° 7 — c° 14.

72 Item primum non potest fieri sine injuria Dei, qui hoc prohibuit fieri, nec sine injuria proximi, cui gratis debuit fieri illud ex quo lucrum speratur, quod est contra gratiam, et sic non potest fieri sine usuræ vitio. Opus. 73, c° 14.

73 Sed secundum : scilicet vitare damnum, potest juste fieri, sine usuræ vitio, eo quod per hoc non fit Deo injuria, eo quod non prohibetur aliqua lege, nec etiam fit injuria proximo, quia nihil minus accipit pro tempore mutuationis, quam reddere teneatur, eo quod tempore quo ei mutuatur tantum valebat quantum reddere tenetur. Nec etiam vitiaretur, si tempus a mutuante determinetur, in quo verisimile est, pecuniam vel rem mutuatam minus valituram, quam valeret tempore mutuationis, quia ex sola dilatione temporis, non accidit vivificatio, sed magis vel ex voluntate legispositivæ, vel ex natura rei vel pecuniæ. Nec in hoc damnificatur qui mutuum accipit, quia non ad hoc accipit, ut ipsam usque ad tempus illud servet in quo verisimiliter minus valitura esset, sed ut ipsa pecunia uteretur pro tempore illo, pro quo valorem suum reservaret quem habebat cum eam in mutuo acceperat. Opus. 73, c° 14.

74 De eo vero qui dat mutuo bladum, vel vinum, vel oleum, ad certas mensuras, et hoc in tempore quo minus valent, ut sibi reddatur in æqualibus mensuris et ponderibus, et speciebus, in alio tempore, quo verisimile est, res prædictas plus valituras, quia videtur primo ex eo quod jam diximus quod licitum sit, sic mutuum dare, quia nihil plus accipit quam datur, eo quod hujusmodi res, numero, pondere, et mensura realiter redduntur. Item quia in hoc, dans mutuo videtur tantum vitare damnum, et non sperare lucrum, quia si res hujusmodi venderentur in tempore quo minus valent, ex hoc damnificaretur dominus ipsarum : unde etiam et licite potest eas vendere pro tempore illo, in quo plus sunt valituræ verisimiliter, nec est usura, secundum decretalem. Quare videtur similiter, quod licite possit eas res mutuo dare, reddendas sibi in tempore, quo verisimiliter plus sunt valituræ. Et in hoc casu, conscientia aut excusat, aut accusat. Opus. 73, c. 14.

75 In hoc casu conscientia aut excusat, aut accusat : quia vero mutuum debet fieri gratis et sine spe lucri, quandocumque in mutuo, vel ex mutuo, intenditur spes lucri, tunc non caret vitio usuræ. Sed sic non est in emptione et venditione, nisi habeat rationem mutui. Si enim aliquis carius velit vendere res suas, quam sit justum pretium, ut de pecunia solvenda emptorem expectet, manifeste usura committitur, quia hujusmodi expectatio pretii solvendi, habet rationem mutui : unde quidquid ultra justum pretium pro hujusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui, quod pertinet ad rationem usuræ. Similiter etiam si aliquis emptor velit rem emere vilius quam sit justum pretium, eo quod pecuniam ante solvit, quam possit ei res tradi ; est peccatum usuræ, quia etiam illa anticipatio solutionis pecuniæ, habet mutui rationem cujus quoddam pretium est, quod diminuitur de justo pretio rei emptæ. Si vero aliquis de justo pretio velit diminuere, ut pecuniam prius habeat, non peccat peccato usuræ 2-2, q. 78, 2, 7m — Opus. 73, c° 14.

76 Potest autem excludi spes lucri ab intentione dantis mutuo modo prædicto dupliciter : scilicet vel quando dans mutuo, paratus est omni tempore accipere rem mutuatam, etiam ante illud tempus determinatum, quo res verisimiliter deberent esse cariores. Et hoc modo spes lucri etsi per accidens intendatur, non tamen per se, quia non tollit rationem gratuiti a mutuo. Vel quando dans mutuo, etiam tempus illud determinavit, in quo verisimiliter res plus valituræ erant, propter solam damni vitationem. Tunc enim damnum vitat, quando necessitati propriæ consulens, intendit conservare res suas sibi magis necessarias ad usum vitæ, quas si tunc non haberet, oporteret eas alibi emere, et sic reportaret damnum de gratia mutui facta proximo. Et sic intendens in mutuando excusatur ab omni vitio usuræ 2-2, q. 62, 4, 1m — 2m — Opus. 73, c° 7 — 14.

77 Ex his potest patere, quod non tantum ex dilatione temporis, sed ex natura rei, relata ad temporis vel loci conditionem, potest accidere usura : scilicet quando aliquæ res sive pecuniæ dantur mutuo, æquales reddendæ in specie et numero et pondere et mensura, et tamen quia mutuans sperat eamdem rem numero plus valituram in tempore determinato quo debet reddi, vel in loco, et propter hoc ipse mutuavit reddendam ad tale tempus vel ad talem locum, ut in tempore vel loco determinato sibi reddatur, dico quod ibi manifeste est vitium usuræ, quia plus speratur ex mutuo vel causa mutui, quam detur. Opus. 73, c° 8.

78 In Scriptura sacra quantum ad legem veterem, condemnantur dantes pecuniam ad usuram. Et ideo contra legem divinam accipiuntur usuræ. Unde accipere usuras ab alienis, non erat secundum intentionem legis, sed ex quadam permissione, propter pronitatem Judæorum ad avaritiam, et ut magis pacifice se haberent ad extraneos, a quibus lucrabantur 1-2, p. 105, 3, 3m — 2-2, q. 78, 1, o. — 3, d. 37, 6, o. — 4, d.

USURA.

125 Usura non potest habere rationem furti vel rapinæ, nisi propter detentionem alicujus rei alienæ invito domino 2-2, q. 66, 3, c. — Opus. 73, c° 8, prin°.

126 Quoniam antiqui hostis superseminata humanæ naturæ zizania cupiditatis et avaritiæ usuræ vitium produxit, non tantum in mutuis, quave luce divinæ veritatis, in Scriptura sacra manifeste condemnata eradicatur, sed etiam in aliis contractibus diffudit, in quibus sub specie æquitatis et justitiæ humanæ, quasi abscondita fœneratur, idcirco in hac parte quærentes detegere hanc malitiam, de his contractibus in quibus latet dicemus. Opus. 73, c° 8, prin°.

127 In eodem contractu secundum speciem, potest incidere vitium usuræ, ex intentione corrupta et vitium avaritiæ sine vitio usuræ, ex turpitudine lucri, et alias etiam potest fieri sine omni vitio, quando fit propter necessitatem vitæ. Opus. 73, c° 8.

128 Supposito quod in venditione ad terminum, consuetudo de dilatione solutionis usque ad spatium trium mensium vel hujusmodi, sit ad commune bonum mercatorum : scilicet pro expediendis mercantiis sive mercationibus suis, et non in fraudem usurariam introducta, videtur esse distinguendum. Opus. 67, 1^{m}.

129 Aut enim vendit venditor, mercationes ad terminum prædictum, ultra quantitatem justi pretii, propter expectationem, aut secundum justi pretii quantitatem. Opus. 67, 1^{m}.

130 Si primo modo, non est dubium usurarium esse contractum cum ibi expectatio temporis sub pretio cadat. Opus. 67, 1^{m} — Opus. 73, c° 10, prin°.

131 Nec potest esse excusatio, si secundus venditor sit primi minister, cum ad nullam causam liceat pro tempore expectationis pecuniæ pretium augeri. Opus. 67, 1^{m}.

132 Si autem vendat secundo modo : scilicet secundum justi pretii quantitatem, non est usura. Opus. 67, 1^{m}.

133 Est generaliter tenendum, quod in omnibus contractibus, in quibus accipitur plus a vendente vel emente quam dederit, et non fuerit ratio hujusmodi augmenti in usu rei, sive in natura ipsius rei, nec producta fuerit ex temporis aliqua conditione existente in ipsis rebus, sed accidit incrementum ex dilatione temporis concessa a vendente vel emente, ut per hoc plus accipiat, tunc talis superabundantia accepta super datum, usura dicitur, et usuræ tenet vitium, quia sine justa ratione generatur in talibus contractibus et mutuis. Et hoc vocatur apud jurisperitos, et etiam vulgariter vendere, vel emere ad credentiam. Opus. 21, o. — Opus. 67, o. — Opus. 73, c° 8. * Credentia. Vendere 7.

134 Credentia pretii persolvendi in tempore futuro, post aliquem contractum, potest incidere in contractibus sine vitio usuræ, tribus de causis: scilicet vel per gratiam et liberalitatem venditoris, id est, quando res venditur secundum æstimationem justam pro tempore venditionis et commutationis ipsius rei et ipse venditor expectat solutionem in prolixo tempore liberaliter et per gratiam quam habet ad emptorem. Opus. 73, c° 10.

135 Vel secundum meritum et justitiam ipsius contractus et per gratiam venditoris, ut si qua res vendatur in aliquo tempore in quo habet tantam necessitatem et utilitatem humanæ vitæ, sicut in futuro aliquo tempore habitura est secundum naturam temporis, et venditor rem suam intendat vendere pro illo tempore in quo habet majorem necessitatem et utilitatem, et in quo plus valitura sit, quam valeat in tempore quo venditur saltem expectet tempus illud, pro quo facit majorem æstimationem pretii. Opus. 73, c° 10.

136 Vel potest incidere credentia per accidens : scilicet ex malitia vel paupertate emptoris. Et hoc modo vendere carius rem suam, quam valeat tempore venditionis vel etiam quam valitura sit probabiliter in futuro tempore, quo solutio determinatnr potest excusari a vitio usuræ, per intentionem venditoris, licet ipse contractus de se sit vitiosus. Opus. 73, c° 10.

137 Non obstat si venditor pro minori peccato pretio daret, si statim sibi pecunia solveretur. Quod etiam per simile potest in aliis debitis videri. Opus. 67, 1^{m}.

138 Si enim alicui debeatur aliquid ad certum terminum, quandocumque de eo quod est sibi debitum demitteret, si sibi citius solvatur, talis immunis esset a peccato usuræ. Opus. 67, 1^{m}.

139 Licet enim plus debito accipere, propter temporis dilationem, usuram sapiat, minus tamen accipere, ut sibi citius solvatur usuram non sapit, maxime ex parte ejus qui minus recipit, quamvis ex parte ejus qui minus dat, ubi citius solvat, videatur esse aliquis modus usuræ, cum spatium temporis vendat. Opus. 67, 1^{m}.

140 Unde etiam in casu proposito, plus esset de usura timendum emptori, qui ut ante tres menses minus solvat, justa æstimatione pannos emit, quam venditori qui minus accipit, ut citius sibi solvatur. Opus. 67, 1^{m}.

141 Per anticipationem ergo temporis, aliquando generari potest vitium usuræ, sicut per dilationem vel prolongationem 2-2, q. 68, 2, 7^{m} — Opus. 67, 1^{m} — Opus. 73, c° 8.

142 Ille qui ad certum terminum debet, si ante terminum solvit ut ei aliquid de debito dimittatur, usuram committere videtur, quia manifeste tempus solutionis pecuniæ vendit. Unde ad restitutionem tenetur. Opus. 67, 4^{m}.

143 Nec excusatur per hoc quod solvendo ante terminum gravius, vel quod ab alio inducitur, quia eadem ratione possent omnes usurarii excusari. Opus. 67, 4^{m}.

USURA.

dum consuetudinem humanam, in hoc quod tantum potest æstimari res necessaria vitæ humanæ, quantum necessarius est usus ejus, et hoc vel simpliciter, vel pro tempore aliquo determinato. Opus. 73, c° 8.

174 Et quia simpliciter apud sapientes plus æstimatur res perfecta quam imperfecta, et pro determinato, æstimatur res quantum vendi potest inter homines, et ideo licet tales res minus vendantur imperfectæ, quam sunt valituræ perfectæ, non videtur mihi quod aliquis præter sortem amplius accipiat, quia sors vendita est ipsius ementis, cum incremento suæ valitudinis atque utilitatis. Opus. 73, c° 8.

175 Si autem secundo modo, id est, causa lucri tantum, fiant hujusmodi contractus, potest adhuc in eis tantum turpe lucrum judicari causa cupiditatis, quæ oritur ex conditione temporis. Et potest iterum in eis incidere vitium usuræ, et hoc quando hujusmodi lucrum quæritur tantum ex tempore et periculum tollitur, vel verisimiliter dubitari non potest de periculo, utrum magis minusve ratione temporis res possint valere, quia in usura accipitur pro re juste possessa, vel debita alicui personæ. Illud autem dicitur sorti accidere : quod non pertinet ad proprietatem sortis. Opus. 73, c° 8.

76 Emere autem aliqua bona, ut redditus vel possessiones ad vitam, quæ est tempus indeterminatum, vel emere aliqua prædictorum ad tempus determinatum : scilicet ad decem annos, vel ad viginti, quæ duo frequenter fiunt inter homines nostri temporis, in hac consideratione non tantum in emptione ad vitam alicujus, potest aliquando incidere vitium usuræ, sed etiam in emptione ad omne tempus. Opus. 73, c° 9.

177 Dare certam pecuniam sive summam pecuniæ alicui Ecclesiæ, pro aliqualibus possessionibus ejus tenendis ad vitam dantis pecuniam, et post mortem tenentis, reddituris ad ipsam Ecclesiam, secundum Goffredum est usurarius contractus. Sed hoc exemplum ejus, tunc veritatem habere dicitur quando Ecclesia, necessitate impulsa, cogitur impignorare possessiones suas, quas non potest nec vult simpliciter alienare. Tunc enim non est venditio proprie, sed impignoratio, quia qui non potest rem vel possessionem aliquam vendere simpliciter, non potest vendere eo jure ad tempus. Opus. 73, c° 9.

178 Constat quod licet quædam Ecclesiæ multa possideant, tamen alienare jus possidendi non possunt, sine auctoritate et consensu superioris prælati, nec simpliciter, nec ad tempus. Et ideo hujusmodi venditiones Ecclesiarum, sunt impignorationes, propter quod secundum hanc viam, usurarius est hujusmodi contractus, quia fructus pignorum non licet recipere ultra sortem, eo quod non sunt de natura sortis. Opus. 73, c° 9.

179 Si dans pecuniam, in hujusmodi contractu habet spem vivendi ultra id tempus, quo receperit de proventibus totam sortem quam dederat, et ultra, hujusmodi spes vel receptio amplior, non facit vitium usuræ, nisi quando illud quod speratur vel recipitur amplius, sorti accidit et non est de natura sortis. Aliter omnis emens agros vel animalia, ut plus recipiat in proventibus processu temporis, vel in ipsis rebus venditis in alio tempore, esset usurarius, quod est absurdum dicere, quia sic omnis mercator esset usurarius 2-2, q. 58, 1, o. — 2, 7m — Opus. 67, o. — Opus. 73, c° 9.

180 In venditionibus justis, quando aliquis dominus transfert dominium suæ rei cum usu ejus et fructu simpliciter, sive ad tempus, constat quod omnis proventus rei venditæ est de natura sortis, et non accidens sorti. Quare talis spes vel amplior acceptio, non facit contractum usurarium. Opus. 73, c° 9.

181 Contractus emptionis alicujus possessionis ad vitam alicujus, et contractus in quo aliquis dat centum libras ut annuatim recipiat decem quamdiu vixerit, et speret se victurum ad undecim annos et ultra vel ut in decimo anno recipiat simul centum et decem libras, addita etiam conditione, quod si ante moriatur, quod nihil accipiat de tota summa, non sunt ejusdem rationis, et tantum in secunda est vitium usuræ. Opus. 73, c° 9.

182 In eo qui sperat centum et decem libras se accepturum in undecimo anno, jam gratia temporis determinati tantum, fit recompensatio inæqualitatis, et sic facit usurarium contractum. Sed in alio qui non sperat se plus accepturum, nisi in tempore indeterminato, et ex re empta juste secundum naturam, tunc nihil accipitur ultra sortem, sed totum speratur ut suum, et de sorte sua, non factum suum propter rationem temporis, sed propter naturam contractus. Opus. 73, c° 9.

183 Cum dicitur quod quando fit numismatis translatio ad alterum, ut seipsum augeat et multiplicet, fit tocos, id est, vitium usuræ secundum Philosophum, verum est : quare cum in emptione reddituum ad vitam, fiat translatio pecuniæ ad hoc ut seipsum multiplicet, videtur semper et naturaliter esse vitium usuræ : dissolvendum est, quod intentio Philosophi, ut apparet ex dictis suis, est, quod numisma inventum est causa translationis aliarum rerum, quarum usus, vitæ humanæ est necessarius. Et ideo quandocumque aliquis utitur translatione numismatis, ut per numismata, alia ejusdem generis multiplicentur, fit abusus numismatis, et inhonestus contractus, et vocatur tocos, id est, parens rei. Et hinc constat mihi quod hujusmodi contractus de quo est sermo, non est tocos. Opus. 73, c° 9.

184 Et si redditus, pecunia emantur ad vitam, tamen ex natura contractus non habetur, quod ad hoc

tractus posse fieri, absque vitio usuræ. Opus. 67, 4^m — Opus 73, c^o 10.

203 Unaquæque enim rei æstimatio justa, dependet ab utilitate vel necessitate ipsius rei. Constat autem quod non est tanta utilitas vel necessitas alicujus rei imperfectæ, sicut est ejusdem perfectæ. Quare nec recte tanti pretii æstimanda est, cum adhuc est imperfecta, et longe a perfectione sua, sicut cum jam est perfecta. Sed hujusmodi res : scilicet bladum in terra, et silvæ et nemora ante tempus incisionis, emuntur in tempore suæ imperfectionis. Quare absque vitio usuræ debent æstimari minoris pretii, quam sint valituræ in tempore suæ perfectionis. Opus. 73, c^o 10.

204 Illud quod per naturam temporis accrescit alicui rei, juste est illius, cujus est ipsa res : ut si quis emit terras fructiferas, vel arbores, vel animalia fructifera, quidquid emit per naturam temporis, non tantum per exercitium laboris, juste fit illius, cujus sunt hujusmodi terræ, arbores, vel animalia. Quare cum per naturam temporis, segetes in terra satæ, veniant ad majorem valorem, et similiter silvæ et nemora, sequitur quod quidquid provenit ultra pretium datum, juste, et absque vitio usuræ fit illius qui emit ipsa, et cedit in propriam sortem. Quare nihil accipit ultra sortem, licet plus accipiat emens quam dederit. Opus. 63, c^o 10.

205 Hoc autem dicimus quantum ad naturam contractus, licet tamen per accidens per intentionem ementis, posset esse turpe lucrum, quando scilicet tantum intenditur augmentatio lucri et divitiarum, proveniens ex natura temporis, sine exercitio laboris, et sine dubio periculi, probabiliter possibilis evenire. Et alio modo, esse potest esse contractus usurarius, quando scilicet aliquis cogitur talia vendere ante tempus congruum, ea necessitate, propter quam emptor, fraterna charitate tenetur venditori mutuum dare si voluerit. Sed si attendatur natura contractus secundum se, non pro dilatione temporis plus accipitur ab emente, sed pro natura et utilitate rei, facta vel ducta ex natura temporis 2-2, q. 118, 8, 4^m — Opus. 73, c^o 10.

206 Dare decem modios in hieme, ut recipiat quindecim in messe æquivalentes, habita ratione pecuniæ, non est usura 3, d. 37, fi.

207 De his autem quæ committuntur bonæ fidei aliorum ad lucrum, mihi videtur dicendum, quod aut commissio fit pecuniæ, vel alterius rei, ita quod transfertur in toto vel in parte rei commissæ in potestatem ejus cui committitur, aut ita fit commissio, quod non transeat dominium sed remanet tota res commissa in dominio committentis. Primo modo est vitium usuræ, eo quod sperat lucrum jam de re non sua, quia jam erat translata per commissionem in dominium alterius. Et in hoc commissio assimilatur mutuo. Sed secundo modo potest sperari lucrum sine vitio usuræ, quia tunc commissa est pecunia vel res alia, sicut servo vel ministro, qui de re domini negotiatur ad utilitatem domini sui. Et ideo committens potest sperare lucrum sicut ex re sua. Et sic lucrum non accidit sorti, nec possidetur sine justo titulo : quia sicut rei propriæ partum recipit, non tamen partum numismatis ex numismate immediate, sed partum ipsarum rerum quæ per numismata sua sunt acquisitæ justa commutatione 2-2, q. 78, 2, 5^m — Opus. 73, c^o 11.

208 In toto vel in parte ideo dictum est, quia si aliquis committit centum alicui, ita quod medietatem ei mutuet, et aliam medietatem suo retineat dominio, ita tamen quod de illis centum debeat negotiari ad lucrum ille cui committitur, dico quod hoc lucrum jam habet vitium usuræ propter hoc, quod non tantum ex re commissa speratur lucrum, sed etiam pariter ex re mutuata et commissa 2-2, q. 78, 2, 1^m — 5^m — Opus. 73, c^o 11.

209 Et sicut in logica, locutio falsa judicatur, propter falsi subjectionem, licet veritatem directe significet, sicut si dicatur, homo volans est animal, ita in moralibus, actio vitiosa judicatur, quando vitio permiscetur, ut est in proposito casu usuræ. Opus. 73, c^o 11.

210 Dare autem pecuniam mercatori vel artifici, per modum societatis, cum pacto vel spe lucri, ita quod cum periculo ipsius committentis mercator de ea negotiatur, vel artifex operatur, licitum est, non autem in mutuo 2-2, q. 78, 2, 5^m — Opus. 73, c^o 11

211 Dans vero pecuniam usurario, ut usuras exerceat, vel ut copiosius exerceat, peccat, non autem si det pecuniam ut tutius servetur 2-2, q. 78, 4, 3^m — Ma. q. 13, 4, 18^m — 19^m.

